Et singulis sumis pecuniariis illos iuxta privilegium suum in et super bonis
advocatie predicte in villa predicta Thaliglowy concernentes et per
eos quomodolibet habitis et illis servientibus iuxta taxam et estimationem
advocatie illius per taxatores certos iuxta dictum iudicii terrestris
premisliensis de super deputatos et assignatos factum per predictum
Cenosum Martinum Gnyilo de Schoyanicze sacre Regie Mtis Aulicum
tanquam advocatie ipsius heredem satisfactum fuisse in signumque
satisfactionis predicte eundem Cenosum Martinum Gnyilo de su-
mis predictis quibusvis per eos levatis et numeratis ac illis ple-
narie persolutis quietant et liberum pronunciant iam sibi et suis
posteris silentium eiusdem pro premissis imponentes ac eidem Cenoso
Martino Gnyilo (una traditione privilegii ipsius per eos
super advocatia ipsam habitis) iam extunc et de facto cedentes et con-
descendentes prout et presentes de bonis advocatie ipsius cedentes ce-
serunt et condescenserunt nullum regressum sibi et suis posteris
ad bona advocatie ipsius in villa predicta Thaliglowy relinquentes
Et iam predicti Providus Andrey Mathwey klym Zan post con-
descensum ipsam tamquam eos factum eidem Cenoso Martino Gnyilo extunc
dederunt et dant in bona advocatie ipsius reale intrum et acta
ac pacifica possessionem pro minimalem terrenum per eum sibi
etiam sine cuiusvis officii seu iudicii additione deligendum Et in illo
minus predicti Providus Andrey Mathwey klym et Zan se se una
cum suis posteris in omnibus bonis suis per eos ubique habitis
inscribunt Eundem Cenosum Martinum Gnyilo ab omni impeticio
ne iuridica omnium et singulariter status et conditionis utriusque
personarum sub damnis terrestribus (quibus damnis bona sua omnia
mobilia et immobilia presentis sua recognitione onerant) tueri de-
fendere emendare et eliberare tenentes quoniam eidem Cenoso Martino
Gnyilo et suis posteris opus fuerit nullam exquisitam nec colore
excogitato eundem Cenosum Martinum Gnyilo pro premissis era-
dendo nulla ad premissa prescriptione obstante

Posita Citto Sacrae Regie Mtis Super Stupniczki ex parte Instigatoris S.R.M.

Ministerialis terrestris premisliensis Providus Chona de Ozymyna Co-
ram officio et actis presentibus Castrensibus premisliensibus stans personaliter
in vim relationis sue per eum coram quocumque iudicio seu officio Regni faciendo
publice et per expressum Recipit Quia ex parte et ad instantiam sacre
Mtis Regie seu instigatoris Causarum officii eiusdem sacre Regie Mtis
Citationem tenorem sacre Regie Mtis sub titulo et sigillo eiusdem sacre
Regie Mtis communitatis et obsignatis octavae penes sessionis terrestris
pro capite octiso nobilis olim Luce Zorodyski alias Putipancito
sacre Regie Mtis latius in se canit et obloquitur super nobilem Fietko

Stupniczko Pawlowicz feria tercia proxime preteritta anno presenti in bo-
nis ipsius sortis ville Stupnicza in Molendino posuit et reliquit possessionem
eiusdem Citationis sacre Regie Mtis Molendinatori ac incolis eiusdem ville
iuxta iuris formam publicavit et ad notitiam deduxit Que ita et non alias fie-
ri ipse Mialis Recipit

Ex parte eiusdem Super Wisoczanski

Ministerialis terrestris premisliensis Providus Chona de Ozymyna Coram
officio et actis presentibus Castrensibus premisliensibus stans personaliter in vim
relationis sue per eum coram quocumque iudicio seu officio Regni faciendo publice
et per expressum Recipit Quia ex parte et ad instantiam sacre Regie Mtis
seu instigatoris Causarum officii eiusdem sacre Regie Mtis Citationem tenorem
sacre Regie Mtis sub titulo et sigillo eiusdem sacre Regie Mtis Commu-
nitatis et obsignatis octavae penes sessionis terrestris pro capite octiso
nobilis olim Hryczko Huszel Wyssoczanski alias Putipancito sacre
Regie Mtis latius in se canit et obloquitur super nobilem Vasko Lu-
kawski feria tercia proxime preteritta anno presenti in bonis sortis ipsius
ville Curie Lukawycza posuit et reliquit possessionem eiusdem Citationis
sacre Regie Mtis factori et familie eiusdem Curie ac incolis eiusdem ville
iuxta iuris formam publicavit et ad notitiam deduxit Que ita et
non alias fieri ipse Mialis Recipit

Relatio Mialis ex parte Thustanowski

Lectum in Castro premisliensi feria sexta post festa sollemnia penthe-
costen proxima anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto 7/VI.
Ministerialis terrestris premisliensis Providus Jacko Dankowicz de Koblo-
wa cum nobilibus Petroszczanski et Hryczko Kulczicki seu Compa-
rentibus coram officio et actis presentibus Castrensibus premisliensibus stans personaliter in
vim relationis sue Recipit Quia eidem Mialis et dictis nobilibus
est obedientia et protestatum feria tercia pentecosten proxime prete-
ritta anno presenti ex parte nobilis Stanislai Thustanowski in Korna-
lowicze heredis in et cum nobilibus Hryczko Kliborski Quia ipse
feria secunda pentecosten proxime preteritta anno presenti non attendens
pace communi et tranquillitate publica assemblatis in domum
et curiam eius solite residentie in villa sortis ipsius Kornaljo-
wicze cum suis complicibus manu forti et armata vi et violentia
invasit deinde incisiones in ostiis magnis alias na wrzeciech eius-
dem domus et Curie quorundam sacre notabiles fecit domum prefatam
sine curia eius obsanguinolavit Quod ipse Mialis cum dictis no-
bilibus Recipit se vidisse sanguinem in terra et limen sparsam
his non contentus consortem et familiam ipsius Stanislai Thusta-
nowski vulneribus affecit Ac quidem Mialis prefatus cum prefatis